



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensio Regie || assert[i]o[n]is co[n]tra Ba||bylonicam  
captiuitate[m]**

**Fisher, John**

**Coloniæ, 1525**

**VD16 F 1226**

Avthor Hoc In Prologo Taxat Lvthervm quem ad unguem usq[ue] depingit,  
asserens rationem atq[ue] materiam, simul & ordinem eorum quae  
prosequetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30480**

# AUTHOR HOC .I.

IN PROLOGO TAXAT LVTHERVVM

quem ad unguem usq; depingit, asserens rationem

atq; materiam, simul & ordinem eorum

quæ prosequetur.



CHRISTI VOX IN CANTICIS

Cant. 2.

est. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demo-  
liunt vineas. Qua plane monet hæreticos esse  
capiendos, anteq̃ adolecant. Nā hi vulpinis  
fraudibus vineas, hoc est ecclesiam Christi de-

moliri student. Optarim igitur ut hanc uocē audiissent hi, qui  
bus ex officio incumbit hæreticos, dū paruuli sunt, cōpræhen-  
dere. Neq; eīm hodie tam grauis esset in ecclesia tempestas &  
rerū omniū pturbatio, si LV THERVS dū esset uulpecu-  
la, fuisset repressus. At nunc euasit in uulpem grandiusculam  
annosam, & ueteratricē, tot dolis, astutijs, artibus instructam,  
ut mediū teneri difficillimū sit. Sed quid dixi? vulpē? parū est:  
canem dixissem ravidū, imo lupū rapacissimū, aut seuisimam  
quandam ursam, quæ raptis catulis, furore quodam agittur:  
uel magis hæc omnia simul. Multas eīm hoc monstrū intra se  
bestias alit. Sed & eiusmodi nomenclaturis apprime gloriaf.  
Seipsum eīm appellat ursam & leānam. Nā & utranq; se fu-  
turū catholicis pollicetur. Lutherū (inquit) habebitis ursam  
in uia, & leānam in semita. In eiusmodi monstrum euasit ex  
uulpecula iam tandē Lutherus. Vulpem eīm egit aliquādiu  
fraudibus, mendacijs, subterfugijs. deinde canis factus est, im-  
pudentia, latratu, mordacitate. Lupū postea se præbuit rapa-  
citate, færitate, laniatu. Postremo leānā & ursam ostentat se-  
se, furore, seucicia, crudelitate. Portentosa certe belua est, adeo  
ut nec earū bestiarū, quas Daniel in mari uidit, horrēda mon-  
strositas poterit huius unius beluæ malitiā sufficienter expri-  
mere. Oculos habet quasi hominis, quia nihil supra hominē  
uidet, & tamen perinde atq; fuisset aliquando raptus. in tertiū  
cœlū, os eius ingentia loquitur: lingua præditus est uirulen-  
tissima: dentibus armatur plusq̃ ferreis, quibus & insatiabili

Prælatorū ne-  
gligētia nascū-  
tur errores

Malitia Lus-  
theri depin-  
gitur.

Plurima ma-  
la efficit Lus-  
therus.

Appropriata  
Lutheri meta-  
phora.

Vulpes.

Canis.

Lupus.

Leana.

Ursa.

Danielis, 7.

PROLOGVS.

Lutherus male a principibus defendat in perniciem ecclesiae.

Regis Angliae commendatio

Lutherus maligna & astutia uento falso stringe seducit uulgus.

Lutheri instantia

Primum Lutheri errores

Lutherus retorquet scripturas sacras

ter carnes hominum uorat, & cominuit omnia, conculcans pedibus quicquid est reliqui. Eiusmodi sane portentum Lutherus ex uulpecula factus est, talemque iam speluncam in qua tuto delirescat comparauit sibi, ut securus omnem sui potentis pectoris, pestilentissimum halitum ac letale uirus haereseum suarum in totum orbem efflet, neminemque non conuictis, probris, contumeliis, atque id quidem quantum excogitare poterit acerbissimis insectatur, si quis ei contradixerit, ut nec regum alioqui potentissimorum ullam haec belua rationem habeat. Nuper enim, eius admonendi gratia, Rex Angliae, non minus armis, quam literis inclytissimus, quosdam illius taxauit errores, hortatus ad resipiscentiam, cui quum debuisset Lutherus, ceu pio monitori, gratias egisse, nullum tamen conuiciandi genus praetermisit, quod non in ipsum iaculare, & plus quam cinice. Neque enim aut sacrae eruditionis, quam ipse profiteretur, aut reuerentiae tanti principis respectum ullum habuit, sed uelut insanus & rabidus omnem sui pectoris furiam in Regem tam illustrissimum effudit, ut demirer quomodo quisquam illius dogmatibus fide adhibeat, quum aduertat eum Christi mandatis tam aperte contrauenire. Sed miseram plebem ita iactabundis assertionibus, ac uanis pollicitationibus allexit & agglutinauit sibi, ut uelut prophetam illum uenerentur. Neque enim quisquam, aut impudentius, aut arrogantius de seipso iactare poterit, quam (in eius libelli principio, quae aduersus eruditissimum Regem scripta) Lutherus facit. Sic enim ait.

“ Certus sum dogmata mea habere me de caelo. Quia etiam aduersus eum triumphauit qui in ungue nouissimo plus habet uirtutis & astutiae, quam omnes papae, reges, & doctores.

“ O miram arrogantiam. O monstrum horrendum. O frontem impudentissimam. Quis unquam audiuit beluam tam aperta mendacia de se praedicantem. Sexcentis eius libri scatent erroribus, & tamen affirmare non pudet se certum, sua dogmata se habere de caelo. Ad quodlibet improprium a statu mentis deiecit & fit impos sui, & tamen de daemonibus triumphare se gloriatur. Caeterum ne uitia quaedam apertissima iactantiae suae fidem abrogent, ea subdole per scripturas, non absque uiculis contortas, tegere molitur, uti mox aperiemus. Nos ergo pro uirili nostra, dabi-

mus operam, ut huius beluæ fraudes, mendacia, caninaeque ra-  
bies, & impudentissima uenditatio sui, quibus in libello cōtra  
Regem inuictissimū usus est, q̄ breuissime poterimus, detegā  
tur. Sed futuram disceptationem, q̄ fiat apertior, in duodecim  
capita digeremus, iuxta seriem quā ille seruauit in libello suo.

Authoris  
intentio.

Materies &  
ordo agen-  
dorum.

¶ CAPVT PRIMVM.

Lutheri iactabundam arrogātiā aperte mendacem esse.

¶ SECVNDVM.

Apologiā itē inanē, qua uitia quædā insignia tegere laborat.

¶ TERTIVM.

De cōicatione plæbis, ecclesiæ cōsuetudinē obseruari debere

¶ QVARTVM.

Non manere substantiā panis cū sacrosancto Ch̄i corpore.

¶ QVINTVM.

Missam haudquaquam testamentum esse.

¶ SEXTVM.

Missam recte sacrificium & opus ab orthodoxis uocari.

¶ SEPTIMVM.

Strophæ quædā & mendacia cauilliq; Lutherani deteguntur

¶ OCTAVVM.

Missam non esse promissionem solam.

¶ NONVM.

Quædā q̄ Lutherus falso impingit illustrissimo, regi diluunt.

¶ DECIMVM.

Interpretationi, quā de scripturis patres concorditer relique-  
runt, fidem adhibendam esse.

¶ VNDECIMVM.

Dijudicationē dogmatū ad patres poti⁹, q̄ ad plæbē spectare

¶ DVODECIMVM.

Ordinē & matrimoniū eē sacramēta, cōferreque grām efficacē

De singulis igitur horum per ordinem disseremus.